

<p style="text-align: right;">6</p> <p style="text-align: center;">IN TABULAS RUDOLPHINAS</p> <p><i>in Gymnasio Patavino prescripta; quam ille ante hos XII. annos, me in scio, primùm editum est. Bozonie in suo supplemento Ephemeridum; est quod recusum hoc ejus opus cum epistola mea, Anno M. DC. XIV. Francofurti.</i></p> <p><i>Cum autem Commentaria mea jam dicta, de motibus stelle MARTIS, tanquam partem operis Tabularum à TICHO BRAHEO relicti, primùm incepta Benatico, ediderim post annos à morte TICHO BRAHEO octavo: Maginus morarum impatiens, ex eo opere computavit Tabulas Prophæticas eamē Martis, ex fundamentis quidem à me positis, at formā tamen usitatā, easq; partem fecit supplementi sui; repetivit & Tabulas motuum solis & luna, ex Tomo I. Progymnasmatum. Millennium vero Fixarum plenum, & perfecrat TICHO BRAHEUS, antequam veniret in Bohemiam, & Exemplaria manu-scripta passim ad Bibliotecas Regum & Principum transmisit. Unius Viennam missus lator ipse fuit, cū Anno M. DC. Benatico Bohemia discedens, inq. Styriam pergenit, Viennam transiit. Ex horum igitur Exemplariis uno crediderim Joannem Gruenbergerum ē Soc. Jesu, has mille fixas in suam de sixis editionem Romanam derivasse; nam numeri consentiunt. Eisdem mille fixas Longimontanus in suam Astronomiam Danicam inseruit, unico longitudinis scrupulo differentes.</i></p> <p><i>Ita jam diu est, cū ex hoc Astronomia BRAHEANAE naufragio Tabulas exceptas, cymb. & quisque sua affigit: constatq; studiosis Astronomicis plurimum testimonio, quenam hanc Tabularum partes TICHO BRAHEI sint genuinae, que vicissim mea: aut quibus novam ego formam indiderim. Observations certè fundamentales presentis etatā, ubi cung. potui, ex solo BRAHEO delegi, ceterorum & meas nonnullas, tantum aut consensu causā, aut quia TICHO BRAHE ad dies mihi opportunos non suppesebat, adscivi.</i></p> <p><i>Verum de hisce singulis & dictum est nonnihil in introductione ad meas Ephemerides, & plura dicendi locus erit aliis. Tabule enim manuaria debent vacare pondere, quod à prolixis commentis ei accederet. Interim habet lector editam à me Anno M. DC. XXI. Epitome Astronomicæ partem Theoricam: in quo libro & formas Hypothesum particularium, (generalis enim ut in Commentariis MARTIS demonstravi, communis est & PTOLEMEO & COPERNICO & TICHO BRAHE) & methodum, computandi ex iis omnibus & singulas harum Tabularum partes, inveniet.</i></p> <p><i>Causæ compositionis Rudolphinarum istarum tam diurnas; qui vicissimus & quartus est à morte TICHO BRAHEI annus; quo ego toto tempore trium Imperiorum Austriae stipendia merem tam diu tracte. aulica: quibus accessit posterioribus annis etiam Procerum Archiducatus Austria super Annis stipendium annum. Verum si tempus diudum amissum aliter pensari nequit, nisi & temporis & opere presenti impedio: potius igitur praesentia retineamus, elapsa relinquamus in vituperio. Et si difficultates aulicorum impedimentorum, praesertim bellis intercurrentibus, neg. expertis commemorare necesse est, neg. ignorari perfruadere facile. Quid vero, superatus iis difficultatibus, meditatione sive interim consecutus assidue, quae commoda ex moris contentione meditationum interpositis redundaverint in perfectionem Philosophia caelestis; & libri mei loquentur, quos interea publicis usibus exhibui; & ratio ipsa philosophandi, novitasq; inventionum, totiusq; Astronomiae translatio inopinabilis, à circulis fictitiis, ad causas naturales, indagatu profundissimas, explicata & calculata, primo meo conatu, difficilimas: hac inquam & similia, pro meritationem temporis intelligentibus reddent sufficientissimas.</i></p> <p><i>Apologia nominationis circa circulos reales abjectos, causas physicas introductas.</i></p> <p><i>FORTASSE vero hec à me commemorata mora, in naturalibus motuum causis evanescere. aliquibus supervacua, importuna, quin & irrita videbitur. Quibus cogitationibus ego jam dandum & in introductione ad Ephemeridas, quo loco respondere Davidi Fabricio, & in Epitome Astronomicæ fol. 5. capite de causis Hypothesum, & fol. 334. & in libri IV. prefatione, & fol. 622. considerationes alias idoneas opposui. Et si sufficere mibi vel sola ista defensio potuit: quod que TICHO BRAHEUS in Theoria luna constitunda primùm concepit animo, publicè pronunciavit. Videri causas motuum esse physicas; quod quidem aliter ei videri non potest, qui soliditatem orbium rejicit: hac ego, inquam, in planetis omnibus ita esse habere, conatu non infelici & demonstravi. & ad calculos revocare docui: eaq; ratione primi RUDOLPHINARUM authoris, Magistri mei, suppositiones & effata, pro ingenij mei captu & afferni & roburavi.</i></p>	<p>029</p> <p>027</p> <p>033</p> <p>023</p> <p>038</p> <p>018</p> <p>078</p> <p>128</p> <p>Ende</p> <p>Anfang</p>
--	---